

Periodos^a vero, ubi precedente cola vel coma iam^b sententia conclusa terminatur. Interpretatur enim periodos sententie terminatio. Peri enim circum, oda laus^c, videlicet cum circuiens dictator argumentando adlaudem in conclusione pervenit. Quedam etenim laus est proposita ete concludere. Preterea sciendum est, quando proluxa, [quando^d] brevia sunt scribenda, quando^e non sit prefatio adhibenda, quod in mediocri patebit epistola.

Hier folgen zwei Briefe, die so verderbt überliefert sind, dass ihr Abdruck sich nicht lohnt.

Notabile preterea non est^f pretereundum, quod gignit^g obscuritatem brevitatis, tedium parit prolixitas. Tunc vero laudabilis est brevitatis, si ob eam non generatur obscuritas, quia, cum propter fastidium vitatur multiloquium, si obscurum non incurritur, restat aliud vicium. Hinc Flaccus in sermonibus:

‘Stulti dum vitant vitium, in contraria^h currunt’¹.

Quod vitari potest, si verborum concatenatioⁱ sit plena. Sed hyperbaton² vitio aliena, si non peregrina et inusitata sint posita, fiant^k Tulliano melle circumlita, Salustiana composita serie, in divinis vero dulcedine Gregoriana, rethorica Ambrosiana, argumentatione Augustiniana^l, sententiarum pondere Ieronimi innodata. Horum ergo omnium et consilium lectioni cupidus^m dictator insistat, insudans imitator existat, perlegat, relegat, donecⁿ ex habitu dispositionem faciat. Spernat aspera et spinosa dictamina.

P. venerabili fratri et cōepiscopo B. solo nomine^o Reginus antistes perpetuam salutem in domino. Quoniam pravorum hominum grassante impietate ecclesie dei status^p labefactari cernitur cottidie, et ferē nullus adversus eos pro dei domo insurgit, partim pravorum^q amore, partim secularium potestatum timore, idcirco, reverentissime frater, te, quem sapientia peditum ac religione^r inditum perpendo, paucis ammoneo, ut cum ceteris provincialibus episcopis in unum quam primum

a) ‘Permodas’ corr. in ‘Periodos’ Hs. b) ‘comatam’ Hs. c) ‘lus’ Hs. d) ‘quando’ fehlt Hs. e) ‘quod’ Hs. f) ‘essē’ Hs. g) ‘gingnit’, erstes n ausradiert Hs. h) ‘incontraria’ zweimal Hs. i) ‘tenatio cuncta’ Hs. k) ‘fiunt’ Hs. l) ‘augustiana’ Hs. m) ‘et consilium lectionum micupidus’ Hs. n) ‘done’ Hs. o) Hs. schiebt hinter ‘nomine’ ein ‘episcopus’. p) ‘statum’ Hs. q) ‘pd’i’ (‘pro dei’) Hs. aus dem vorhergehenden wiederholt. r) ‘religionis’ corr. in ‘religione’ Hs.

1) Horaz, Sermonum lib. I, 2, 24, wo der Vers lautet: ‘Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt’. 2) Hyperbaton = die Versetzung der Wörter.